



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus

Lessius, Leonardus

Antverpiæ, 1632

Dvb. 1. Quid sit præscriptio & vsucapio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

Probatur, quia dominus rem talem non videtur velle habere in bonis suis, ob incommodum coniunctum. secūs est quando omnino vellit eam recuperare, si aliquo modo posset.

Quando nulla est spes recuperandi.

Addunt quidam, rem etiam haberi pro dælio, quando dominus ita eam proicit vel relinquit, vt nulla ei spes superficie industria alii perandi.

qua vel aliquo casu eam recuperandi. Itaque tunc si ego extraordinariâ industriâ eripiam, vel saluem, efficiam meam. Ita Petrus Nauarr. l.4. c.1. nu.58. sed non existimo id esse verum; nisi dominus significauerit se eam concedere occupanti; vel aestimatio industria sit ferè par illi rei.

C A P V T S E X T V M.

De modo acquirendi dominij in rem alterius absque eius consensu; quod fit præscriptione.

Habet Dubitationes 18.

HACTENVS diximus de modo acquirendi dominij in res qua nullius sunt, vel communes: sequitur ut explicemus quomodo acquiratur in res, quæ dominum habent; seu, quo modo dominia ab alio in alium transferantur. Generatim autem transferuntur vel volente priore domino, vel in uito. Volente transferuntur tripliciter, donatione, ultima voluntate, contraetatu, de quibus infra. In iusto toridem modis. Primo, Iure gentium; sic res bello capta sunt capientis, de quo sup. 2.2. q.40. quia est de Bello. Secundo, auctoritate aliquius legis particularis, idque vel sine culpa domini, vel lege præscriptionis, vel ob culpam eius, ut ob crimine heresis, laesa maiestatis, incestas nuptias: de quo 1.2.q.96. Tertio, sententia Iudicis; ut si fur damnetur in quadruplum, qui modus etiam obligat in conscientia, quando sententia non nititur falsa præsumptione. de quo infra, sect.4. Itaque ad præsentem locum solum pertinet tractatio de Præscriptione.

D U B I T A T I O I .

Quid sit Præscriptio & Usucapio.

Notandum est, nomen præscriptionis tripliciter accipi apud Iureconsultos, ut colligitur ex Couar. ad reg. Possestor, in principio, & §. vni-²co, relectione 1. 1. generatim, ut idem sit quod exceptio, quæ opponitur ad excludendam actionem intentam ab auctore, unde cum exceptio sit vel dilatoria, (ut si opponas, iudicem non esse competentem, testes infames, auctorem excommunicatum,) vel peremptoria, (ut si opponas te mandato Principis fecisse; iam ante soluisse quod petitur) etiam præscriptio erit vel dilatoria vel peremptoria. Hoc modo accipitur in titulo De exceptionibus & præscriptionibus, lib. 44. Digestorum. Simili modo accepit Tertullianus, inscribens librum suum *De præscriptionibus aduersus hæreticos*: agit enim de illis, quæ hæretici per suam doctrinam veluti item intentantibus opponi possunt à Catholicis, ne ab eis vincantur.

Secundò, accipitur specialius pro exceptione peremptoria proueniente ex eo, quod tempore legibus definito rem aliquam posseminus, vel iure aliquo vni sumus, vel quod alius tali tempore ab vni aliquius Iuris cessauerit, ut docet Couarr. su-

prà §. vnicō nu.4. & patet ex titulis, C. de præscriptione longi temporis. & de præscript. 30. & 40. annorum.

Tertiò, accipitur pro dominij acquisitione, vel iuris alieni elisione, ex tempore legibus definito proueniente. Hoc modo dicimus præscribere dominum, vineam, agrum, id est, acquirere dominium dominus, vinea, agri. Verum sic non accipitur in Iure ciuili, sed in iure Pontificio, & paſſim ab Interpretibus utriusque Iuris; ut docet Couarr. nu.6. Ratio cur sic acceperint est, quia qui dominium alicuius rei per continuatam eius possessionem comparauerat, si impetrabatur à priore domino, præscribat. i. excipiebat, & opponebat certi temporis possessionem, per quam fecerat rem suam: & ita eius actionem perimebat. Hinc ipsa usucapio & dominij acquisitionis coepit vocari præscriptio, cum tamen præscriptio ex usucapione oriatur, ut patet L. Emptor. 7. C. de præscriptione longi temp.

Ex his patet quid sit præscriptio. Nam si pri modo capiat, nihil est aliud quam exceptio, seu *Quid præscriptio*.

Si secundo modo, est exceptio peremptoria contra priorem dominum, ex tempore legibus definito vim habens.

Si tertio modo, est dominij acquisitionis, vel alieni iuris, sive realis, sive personalis peremptio, per continuationem temporis lege definita. Vbi Aduertere, si acquisitionem dominij paulo latius accipiamus, non opus est addere illam patrem (vel alieni iuris peremptio) quia qui ius alterius permit, acquirit dominium sua libertatis; liberatur enim obligatione, quia alteri erat obicitus. recte tamen additur causa claritatis.

Usucapio vero est acquisitionis dominij per continuationem temporis lege definita. Ita habetur L. 3. π. de Usucapio. quæ definitio causat alter est intelligenda. Usucapio enim est causa acquisitionis dominij. formaliter autem videtur esse possessio quadam rei aliena. Vnde dicimus Usucacionem interrupiri. Potest tamen etiam accipi pro ipsa acquisitione formalis dominij. nemo enim dicitur res vnu ce- pisse, nisi iam dominium acquisierit.

Ex his colligi potest quomodo præscriptio ab *Differentia* usucapione differat: si enim primo vel secundo modo sumatur, res est clara: quia præscriptio his modis est oppositio contra auctorem. Si tertio modo, sic est magis communis quam usucapio. omnis enim usucapio est præscriptio, non contraria. Nam præscriptio, qua extinguitur actio personalis vel realis

realis alterius, non est propriè vsucapio, tamen est præscriptio. Generaliter tamen posset dici vsucapio, quatenus Ius & libertas ab aliqua obligatione potest dici vsucapi; & sic æquè latè patent præscriptio & vsucapio.

⁴ Advertendum tamen, Iuris Interpretes passim distinguere præscriptionem ab vsucapione; quod vsucapio sit mobilium, præscriptio vero immobilem. verum haec differentia non est fundata in Iure. Nam vsucapio etiam est immobilia. vt patet Instr. de Vsucaptionibus, in principio; vbi non semel ad res immobiles refertur. & L. unica C. De vsucapione transformanda. Similiter præscriptio in rebus mobilibus locum habet: nam quando eas vsuceperimus, utinam præscriptione, seu exceptione erga priorem dominum. Itaque hisce nominibus videntur tamquam synonymis.

D V B I T A T I O I I .

Quæ conditions requirantur ad præscriptionem seu vsucaptionem.

⁵ Respondeo, Ordinariè requiruntur quatuor, ex communi DD. sententiæ, vt testatur Sil. verbo Præscriptio. n. i. Possesso, titulus probabilitè presumptus, bona fides, & continuatio possessionis cum bona fide, per tempus præscriptum.

^{Possesso.} Primo, requiriuntur *possesso*; quia vt habet regula Iuris in 6. in *possessione præscriptione* non procedit, oritur enim hoc tunc ius ex possessione. Debet autem haec possesso esse que quis nomine suo possidet, non autem nomine alieno: quia hic vere non est possessor, sed alter qui per illum possidet. cùm autem possessione alia sit *civilis tantum*, alia *naturalis tantum*, alia *civilis & naturalis simul*, hæc ultima est aptissima gignenda præscriptioni. *naturalis tantum* non sufficit. *Civilis tantum*, quo solo animo rei nostræ etiam absentes insitum, sufficit; vt probat Couar. reg. Possessor. p. i. §. vnico. n. 7. haec enim etiam ideo *civilis* dicitur, quod hunc ciuitatem effectum pariat.

⁶ Religiosus. Ob defectum huius conditionis non possunt præscribi, Primo loca sacra, & ius decimarium à laco; nam non est capax possessionis *civilis* talium; cùm Ius ei resit, vt patet ex dictis supra cap. 3. dub. 9. Secundo, Religiosus professus non potest quidquam præscribere, seu vsucapere; quia nihil potest nomine suo possidere. Terriò, Fructarius, colonus, emphyteuta, feudarius, conductor, commodatarius, pignorator, non possunt rei proprietatem præscribere seu vsucapere: tum quia hanc non possident nisi naturaliter, cùm dominus directus eam possidet ciuititer; tum quia non possident eam nomine suo, ne naturaliter quidem, sed nomine directi domini. Vnde si post centum annos probate possesse initium possessionis, nimurum rem illam nomine tuo possessam fuisse ab initio, nulla præscriptio tibi obstat, ita exprefse Glossa in cap. Clerici. l. l. v. in Ius proprium. 16. q. 4. Ioannes Andreas ibidem. Silvestris. Præscriptio 2. n. 20. & alii. Quod probatus d. cap. Clerici, vbi dicitur, *Quæ precario possidentur, in ius proprium præscriptione temporis non posse renocari.* Idem confirm. cap. Si Episcopus. 12. ibidem. Et quamvis loquantur solum de rebus Ecclesiæ, eadem tamen sunt intelligenda de rebus aliorum,

cùm eadem in omnibus sit ratio, vt Glossa expōnit. Idem confirm. Iure ciuili. nam L. Malè agitur, C. de præscript. 30. annorum, sic dicitur *Male agitur cum dominis prediorum, si tanta præcario possidentibus prerogativa defertur, ut eos post 40. annorum spatha qualibet ratione decursa inquietare non licet.* Et infra: *Nemo igitur qui ad possessionem conductor accedit, diu res alienas tenendo ius sibi proprietatis usurpet, ne cogantur domini aut amittere qua locauerunt, aut locatores uxiles sibi fortassis excludere, aut annis omnibus super dominio suo publice protestari.* Sed hæc intellige, si res apud illum qui nomine alterius possidebat, vel apud eius heredem, maneat. fecus si alteri vendita ab herede bona fide fuerit. sed de hoc plura infra dubit. 15. Possunt tamen isti præscribere Ius utilitatis; non quia naturaliter possident rem, (vt quidam volunt) sed quia hoc ius ciuititer possident, ut pote suo nomine; vt rectè Couar. suprà n. 7. Quartò, Si con-^{Colonut.} lonus vel cuius fructarius venderet domum vel agrum abiente domino & ignorante, emptor non possit præscribere; quia non haberet possessionem ciuilem, sed solum naturalem; ciuilis enim manet apud dominum absentem, quamdiu retinet animalium possidendi, vel donec sciat rem suam ab alio occupatam, & sciens non audeat eum depellere: vt dictum est c. 3. dub. 12. vbi tamen dominus amiserit possessionem, emptor poterit præscribere, vt dicetur dub. 13. Quintò, Nemo potest præscribere quamdiu apud ipsum non est possesso ciuilem, sed apud alium. nam præscriptio incipit ab eo die, quo ^{Quando} dominus prior amitterit possessionem ciuilem, vt ^{incipit præscriptio.} omnes DD. tradunt, teste Couar. n. 7. tunc enim scriptio. primum incipit detentor ciuititer possidere.

Potes. Vtrum haec conditio requiratur eriam in præscriptione, qua sit per debitorem vel reum ⁷ Præscriptio contra actionem personalem vel realem creditoris ^{contra a-} vel actoris? Quidam negant, èo quod reus vel de-^{ditionem.} actor qui sic præscribit, nihil videatur possidere: cùm hæc præscriptio ex eo oriatur; quod creditor vel actor aliquid omittat. Sed conformius dicitur, etiam hæc necessariam esse quamdam possessionem, nempe libertatis sue, quæ certo duret tempore, vt infra dubit. 11. patet.

Secundò requiritur *titulus probabilitè pre-⁸ sumptus*, id est, qui bona fide putetur validus; vt *titulus.* donationis, testamenti, vel successionis ab intellecto, emptionis, permutationis, &c. Non est autem necessarium vt ille titulus sit verus, i. validus: nam hic sufficit sine præscriptione ad transferendum dominium secuta traditione: sed satis est vt probabilitè putetur verus, quamvis reuerâ inuidius sit, (vt quia vendor non habuit potestatem vendendi) tunc enim Ius facit vt res aliena, exacto tempore definito, fiat tua. Debet autem hæc opinio, quia putas titulum validum, protenire, non ex ignorantia Iuris, præsertim manifesti & indubitati, (vt si putas minorem posse vendere rem immobilem sine decreto Iudicis, aut parentem validè donare filio) vt infra dub. 5. dicetur, sed ex ignorantia facti: vt si putas decrenum Iudicis interuenisse, & non interuenit: si id quod parent dedit, putas fuisse donatum per cessionem vsusfructus, quem in bonis eius habebat. Ita dubio autem virum ex ignorantia Iuris aut facti prouenerit hæc opinio de titulo, exacto tempore præscriptionis præsumendum pro præscribente, ob possessionem bona fide toto illo tempore coniunctam. fecus si